Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

nuit sup eum. Et ait ad illum angelus. Ne timeas zacharia: quia exaudita est deprecatio tua. et elizabeth uxor tua pariet tibi filium et vocabis nomen eius iohannem. Et erit gaudium tibi et exultatio: et multi in nativitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram domino et vinum et siceram non bibet et spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suae: et multos filios israel convertet ad dominum deum eorum. Et ipse praecedet ante illum in spiritu et virtute heliae: ut convertat corda patrum in filios. et incredulos ad prudentiam iustorum parare domino plebem perfectam. Off. Gloria et honore. Secr. Munera populi tui domine propitiatus intende et beati iohannis baptistae cuius nos tribuis praeire sollemnia fac gaudere suffragiis. Per. Com. Magna est gloria. Compl. Confer ad nobis domine sancti iohannis baptistae beata sollemnitas ut et magnifica sacramenta quae sumpsimus digne veneremur. et nobis salutaria sentiamus. Per. In die sancto ad prioratum missam officium. Iustus ut palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur plantatus in domo domini in atriis domus dei nostri. Ps. Bonum est confiteri domino et psallere nomini tuo altissime. Gloria. Orat. Concede quaesumus omnipotens deus ut qui beati iohannis baptistae sollemnia colimus eius adiuti intercessione mereamur. Per. Lectio libri sapientiae. cap. 39 [illegible]

Memoria iusti in compositione odoris facta opus pigmentarii. In omni ore quasi mel mi dulcorabitur eius memoria: et ut musica in convivio vini. Ipse est ducatus domuum suae populi gentis: et tulit ab hominationes inimicorum et